

Folium
Incipit Capitulum

libri primi. Et primo prologus memora-
rans qualis fuerit occasio scribendi hoc
opus **De victoria verbi dei. Sequit mo-
do: prefacio sequentis operis.**

Nuper cum
tu hospes optabilis chu-
no patri **Enobij Sige-
bergensis:** nostrum pre-
sentia tui seruares habi-
taculum: nos mox solito semoti a ceteris
cōferebamur aliqua de sanctarum maie-
state scripturarum. **Erat** autem nobis tūc
sermo precipuus de quatuor illis grandī-
bus bestiis et visione **Danielis. vij.**
quarum prima quasi leona: ipsa fuit re-
gnum babilioniorum: alia similis vīso: ipsa
fuit regnum persarum et medorum: alia qua-
si pardus: ipsa fuit regnum grecorum: quar-
ta terribilis atque mirabilis et fortis nimis
dentes ferreos habēs magnos: comedēs
atque omniū: et reliqua pedibus suis cō-
culcans: ipsa fuit regnum romanoꝝ quo-
rum videlicet regnorum singula suis tem-
poribus super cetera gentium regna p̄-
cipatū tenuerunt. Regna hec idcirco p̄
bestias ferocissimas et sanguinis avidas
recte figurata fuisse dicebamus: quia plena
crudelitatis fuerunt: et sanguine mundorum
bestialiter debachādo implencia: sanctos
quoque dei altissimi contriuerunt. **At** vero
regnum dei: regnum esse pacis: regnum
caritatis et germanitatis: imperium picta-
tis: et dominatio veritatis et iusticie et mā-
suetudinis. **Et** idcirco debuisse scdm rem
vel rei dissimilitudinem dissimiliter quo-
que habere imaginem. **Et** veraciter ita est
Sequit enim Danielis. vij. **Aspicie**
bam donec throni positi sunt et antiquus
dierum sedit. **Item** aspiciebas ergo in vi-
su noctis et ecce in nubibus celi quasi fili-
us hominis veniebat et usque ad antiquorum
dierum peruenit et in conspectu eius ob-
tulerunt eum et dedit ei potestatem et ho-
noꝝem et regnum et omnes populi tribus
et lingue seruient ei. **Quid** rogo dissimi-
lius quod eiusmodi bestie. **Ascendentes** de

Summum

mari et filius hominis veniens in nubibus
celi: et perueniens usque ad antiquum die-
rum candidum: et capillis mundissimis pre-
antiquitate nitentem: sedentem thronis po-
situs: et iudicantem de bestiis illis que re-
gnare festinauerunt inconsulta sapientia
sue senectutis. **Cum** igitur de regnis illis et
de sanctis altissimi quos illa regna bestie
aliter contriuerunt loqueremur: tu repen-
te quoniam fecisti de **Machabeis:** qui
pardi: que tertia bestia fuit id est regni gre-
corum seuiam cruentam: multis preliis
et materialibus armis repercussit. **Et**
exinde in ecclesia dei memoriam inclitaz
sibi acquisierunt. **Dixisti.** Scire velle cer-
tius que causa sit ut eorum bellicā defensio
nem nominis quod indefensam sanctorum
martirum patientiaz in sancta ecclesia le-
gendo et cantando celebremus. **Respondi**
ad hec. **Certamen** illorum et virtus mili-
taris cum auxilio dei multum nobis et oī
seculo profuit. **Agebat** enim dyabolus p̄
Antiochum qui appellatus est ephypha-
nes id est nobilis: ut nulla esset memoria
sue expectatio vel fides eius sp̄missio-
nis que ad **Abrahā** facta est dicente do-
mino **Genesis. xxij.** **In** semine tuo be-
nedicent omnes gentes. **Quid** enim egit
ille **Antiochus. i. Mach. j.** **Edifi-**
cavit abhominandum ydolum desolatio-
nis sup̄ altare dei: et per vniuersas ciuita-
tes **Iudee** in circuitu edificauerunt aras
et ante ianuas domorum in plateis incende-
bant thura et sacrificabant et libros legis
dei cōbuserunt igni scindentes eos et a-
pud quemcumque inueniebant libri testa-
menti domini: et quicumque obseruabant le-
gem domini scdm edictum regis trucidā-
bant eum. **Amirum** hoc agendo fiebat:
ut arbor bona succideret et radicibus ex-
tirparet: ne bonus ex ea pueniret fructus
ut genus iudaicum destrueretur ne in se-
mine abrahe quod est christus omnes ge-
tes benedicerentur: fieretque irritum quod
proposuerat et promiserat deus. **Defen-**
sa est radix ut talis et tantus inde posset
fructus fieri atque impleteretur veritas dei
Et idcirco machabei per quos id effectū
est iure nomine celebre possident in ecclesia

Liber

dei. Similiter de beller atq; mardocheo sciendum est: q; cum diceretur v;ro illi Surge: comede carnes plurimas: ides cū persaz atq; medorum regi Asuero dixisset Aman. **De. iij.** **Be**cerne vt percat gens iudeoz & decemilia talentoz appendam archarijs gaze tue steterunt pro amibus suis & pro gente sua. ita vt versa vice in patibulo appenderet aman: quod mardocheo parauerat: & decem filij eius cruci affigerent: & per omnes prouincias vna die vltionis pstituta vindictam cape rent iudei de hostibus suis. **Cum** hec et his similia respondi sem de illis & de ceteris antiquis sanctis per quoz labores et bella necessaria fortiter cuicit verbus dei ne periret genus illud de quo carne assu mere proposuerat ad salutem generis hu mani: tu vehementer delectatus ratōe hu iuscemodi repente in istam vocem erupisti. **Scribe** mihi librum de victoria verbi dei. **Hoc** idem repetens crebro institisti & nunc vsq; vehementer instare non desinis: putans: q; hinc scilicet e terra sensus mei thesaurum boni operis effodere possis sui dignitatem tituli quem prexisti: vt vocet liber de victoria verbi dei. **Uere** res magna est & ad eloquendum difficilis: ymo & impossibile est eam dignis verbis consequi: q; victoria magna est & magnus deus qui vicit. **Uerbum** quippe deus est magnus in quaz & fortis est qui vicit: & magnus hostis qui victus est: magnū certamen & magne cause certaminis. **Sed** & hoc inseram: quia magna est dilectio tua que ad istud me pcellit: & magnus debz esse seruo sancti studij, ad placendum verbo dei per quod sumus liberati: sine cuius gratia nemo viuit. **Assit** igit ipsum verbum ipsa sapiētia que aperuit os muti & linguas infantium fecit disertas: suaq; os meum laude repleat: vt cantem gloriā & magnitudinem eius: ita vt & tibi suggestisse & mihi obteperasse: & alicui legisse proficiat. **Iaz** nunc opus hoc ingrediens dignum arbitror ab ipso vocabulo exordiri. i. in primis dicere summam cause cur vocet vel quid sit victoria verbi dei zc.

Primus

Incipit liber doi

Ruperti Abbatis Tuiciensis de victoria verbi dei. **Quid** significet hoc ipsuz vocabulu in ciuibz operis. **De** victoria verbi dei

Capitulum Secundum

Victoriam verbi dei: effectum & opus dicimus propositi ad laudem ipsius omnipotentis & inuiti: q; neq; mores: neq; vita: neq; angeli: neq; principes: neq; istantia: neq; futura. neq; fortitudo: neq; altitudo: neq; pfundum: neq; creatura alia potuit vel poterit auertere: quin fieret & fiat quod ipse pposuit & decreuit fieri. **Quā** vere laudabilis & magna sit eiusmodi victoria verbi dei magis ac magis nos admirari faciet: p sideratus diligemus ille hostis: quis vel qntus sit q; ppositum eius auertere voluit: & abucp tendit cum ceciderit & totiens victus sit. **Qualis** enī vel qntus ille ē. **Apoca. xij.** **Draco** magnus & rufus habens capita vij. & cornua. x. **Draco** inq; magnus serpens antiquus vocatq; dyabolus & sathanas orbis vniuersi seductor. **Iste** ē aduersarius vbi dei: & cuz talis ac tantus sit pugnando & repugnado rebellis: non potuit nec potest auertere ppositū dei. **Hec** est victoria verbi dei. **Et** **1m apo. Ro. viij.** deus quos presciuit & predestinavit pformes fieri (magis eiusbez vbi: eiusde hlij sui: ecce vocauit: iustificauit: magnificauit p ipsum vbum suū carnez factū: p ipsum filiu suū deuz & hoiez ihesuz christū cuius est victoria tanta: tam nobilis vt victo et pfulso dracōe iā dicto sedeat nūc a dextris dei. **In** processo sermonis dicendū erit de illo tali aduersario: cur vel vnde dicat & sit draco: vnde magnus: vnde rufus: q; sint eius capita. vij. & que cornua. x. vnde vel ex quo acceperit vt serpens mereret vocari: vnde dyabolus & q; obrem sathanas vocet. i. aduersarius. **Nunc** vero illō dicere prestat quid sit ipsum verbum dei vt videlicet principium sit vel caput sermonis ornatū vt dignum est babeat scire

Solum

confessionis et adorationis.
Confessio fidei quod verbum dei deus sit:
et quod cognitio nominis eius magno pre-
mio digna sit. **Capitulum. iij.**

Verbi huius e

Uangelista testis est amantissi-
mus cum dixisset **Joha. j.**
In principio erat verbum et verbum erat
apud deum **Johan. j.** continue subiit
xii. Et deus erat verbum. **S**ecundum huius
euangelij tuissimam fidem verbum dei
deum esse credimus et confitemur deo a-
pud quem erat in principio consubstanci-
alium. **C**redentes autem et confitentes a-
doramus cum patre et spiritu sancto hunc
deum gratias agentes: quia meruimus
nosse eum: quod videlicet cognitio eius ma-
gnum habet premium. **S**criptum est enim
de viro iusto qui per fidem cognouit eum
Psal. xc. **P**rotegam eum quoniam
cognouit nomen meum. **N**imirum quia
cognitio nominis eius magno premio di-
gna est: ut videlicet cognitor eius ab ipso
protegetur. **L**oquitur sapientia in para-
bolis desiderans ut diligenter cognoscat
Quis suscitauit omnes terminos terre
Prover. xxx. **Q**uoniam tu sine dubio re-
sponderis. **D**eus statim percunctatur et
dicit. **Q**uod nomen est eius et quod nomen
filij eius: si nosti. **S**ic percunctante sapien-
tia profecto tunc temporis in plerisque re-
sponso deficiebat: ymo preter paucissimos
diuinum atque propheticum habentes spi-
ritum fere nullus respondere nouerat quod
eiusdem dei nomen esset pater: et quod filius
eius verbum siue sermo vocaretur. **I**psa
ergo sapientia que percunctata fuerat sa-
pienter et discrete: multumque temporanter
sue percunctationi responderet: ita ut mat-
th. vii. margaritas ante porcos non proi-
ciat. **S**equitur enim **Psal. xxx.** **D**is
sermo dei ignitus clipeus est sperantibus
in se. **I**dem namque est. **A**c si dicat. **N**ome-
n filij eius sermo dei est. et qui nouit ac dili-
git hoc nomen: sic eo quasi ignito prote-
gitur clipeo. **B**ene ergo confortans cog-
nitorem sui: protegam inquit eum quoniam
cognouit nomen meum **Psal. xc.** **Q**u-

ij

igitur cognitionis eius tam magnum sit
premium gratias ut iam dictum est agi-
mus ipsi: quod cognouimus et confiteri me-
ruimus hoc verbum magisque ac magis
cognoscere cupimus ipsum: quia dum su-
mus in hoc corpore peregrini visionem
diuinitatis cognoscere non possumus ad
perfectum: **S**icut ait apostolus **1. ad
Corin. xiiij.** **N**unc cognosco ex parte nec
autem cognoscam sicut et cognitus sum.

Quod duobus modis cognoscatur ver-
bum dei: et qui sint ipsi duo cognitionis
eius modi. **Capitulum. iij.**

Quomodo au

Quod nunc experite cognoscitur
non tantum vno modo cogno-
scitur: sed modis duobus. **C**ognoscitur ex
operibus: cognoscitur ex semetipso. **E**t
magnifice quidem ex operibus: sed longe
magnificentius cognoscitur ex semetipso.
Quibus ex operibus cognoscitur vtiq;
ex omnibus que facta sunt: quia videlicet
omnia per ipsum facta sunt **Johan. j.**
Angeli: archangeli: troni: dominationes:
principatus: potestates: virtutes: cherubi:
et seraphin: celum: terra: mare: et quecum-
que in eis sunt: omnia per hoc verbum fa-
cta sunt. **I**pse enim deus pater dixit **Psal.
cl.** **E**t facta sunt ipse mandauit et crea-
ta sunt: **S**icut dixit et facta sunt vtiq; per ve-
rum facta sunt. **E**x omnibus his cogno-
scitur hoc verbum sicut cuiuscumque artifi-
cis ex opere suo cognoscitur ingenium. **I**n
de apostolus **1. Ro. j.** **I**nuisibilia enim
ipsius a creatura mundi per ea que facta
sunt intellecta conspiciuntur. **I**nter ipsa
que facta sunt per que cognoscitur quo-
niam per ipsum facta sunt: non parum ad-
mirationis facit: ipse eiusdem verbi ad-
uersarius: quia ille quoque per eum factus
est talis ac tanta: qualis vel quantus ex
multarum scripturarum locis intelligi po-
test. **E**t ex illis maxime verbis ad beatum
Job quibus describit mirabiliter dicente
ipso qui sicut cetera sic et illum fecit per ve-
rum suum **Job. xl.** **E**cce uehemens
que feci tecum et c. vtiq; ad illud **Job. xli.**

Liber

Non est super terram potestas que com-
paretur ei qui factus est ut nullum time-
ret. Inter cetera inq̄ per que hoc verbū
cognosci debet: et illa mirabilis creatura
et sup̄ ipsam celebrata eiusdem verbi vic-
toria: magnificum dant omnipotentie vel
fortitudinis eius experimentum: quā vi-
delicet victoriam p̄ posse narraturi pri-
mum ipsas demonstrare nitimur p̄sonas
victoris atq; victi. Porro ex semetipso
magnificentius vt iam dictum est verbū
ipsum cognoscit quando gratia precellē-
ti dilectam cuiuslibet animam visitās for-
tis atq; suauiter afficit: proprie substantie
practu. Nec talis cognitio siue experimē-
tum valde paucorū est. Deniq; p̄f̄t apo-
stolos et prophetas atq; apostolicos vi-
ros quorum vita summis virtutibus cla-
ruit: non facile quis existimari potest bea-
titudinis huius sortez consecutus esse: vt
anima eius adhuc degens in carne saltē
ad momentum aliquotiens vim sensum
q; percipiat illius substantie fortissime: et
qui sentit: qui tactus est illa fortitudine spi-
ritus hominis tacet de re huiusmodi suū
q; thesaurum silentio reuerenter abscon-
dit: quia inenarrabile ē quod sentit: dicit qui
uis illoꝝ: factum est verbum domini ad
me: sed non dicit: qualiter an̄ ecta fuit in il-
la hora mens siue anima ipsa que meru-
it aduentum verbi domini ad se: sed et fru-
stra laboraret homo homini edicere

**Quis optimus cognitionis eius mo-
dus sit efficiens: vt cognitor verbi: digne
etiam possit eloqui verba dei**

Capitulum. v.

Hic ille qui
taliter meruit bonum gustare
verbum felix qui taliter meru-
it addiscere q̄ veraciter dicitur sit **Jo. i.**
Et deus erat verbum. Scriptum est eni
Psal. xciiij. Beatus homo quem tu
erudicis domine et de lege tua docueris
eum. Illum erudiuit dominus et erudi-
tus est: docuit euz et doctus est. Doctus
ad militiam: eruditus ad pugnaz. Ille ho-
mo per similitudinem equus est: vt dicit

Primus

ad beatum iob **Job. xxxix.** Equus
nobilis cuius dominus fortitudinem pre-
buit cuius collo hinnituz circumdedit: cu-
ius narium gloria terror est: q̄ tanto scisso
re confusus exultat audacter: et contemp-
nit pauorem: neq; gladio cedit: imo in oc-
cursum pergit armatis videlicet cunctis
capitibus draconis cunctisq; membris ei-
usdem aduersari verbi dei. Fortis est eni
deus qui tenuit illum: ymo et ipsa fortitu-
do est verbum dei: nec soluz fortitudo: ve-
rum et sapientia est vnum idemq; verbū
Inde et fortis et sapiens effectus est: quis
quis talem eius meruit aduentum: fortis
est: ita vt etiam contemnat mortem. Sa-
piens ita vt rectum et bene sonantem lo-
quatur sermonem. Nec miruz: quomodo
enim nesciret loqui: cui deus verbum suū
p̄municauit qui ipsam verbi substantiam
gustauit. Ideo digne est vt verba eius
verba dei: et verba dei verba eius consue-
uerunt dici. Veruntamē hoc vnum et sin-
gulare verbum solius dei et non etiā cui-
uslibet dicitur: aut est verbum hominis.
Diligenter animadvertendum est non ni-
hil diuerte euz legimus vel audimus in
singulari numero verbū domini et plurali
numero verba domini. Verbum namq;
hoc singulare diuina substantia est: sub-
stantia non facta: neq; creata. Et ideo
verbus dicitur: et est solius dei. Verba au-
tem que in scripturis sanctis legimus vel
audimus a deo per hoc verbum effecta:
et per homines administrata sunt: et ideo
aliter verba dei: aliter recte dicuntur
et ha cuiuslibet hominis. Unde notandum
scriptum quidem sit esse verba Jeremie
filij helchie et verba amos qui fuit in pa-
storibus de thecuc. Nusq; autē scriptuz
esse verbum ieremie siue verbum amos
siue verbum alicuius ceteroz nisi ita duz
taxat verbum domini quod factum ē ad
illum vel illum: verbum quippe deus est
et non est alicuius nisi solius dei verbum

**Qua nobis victoria verbi dei digne
vel sufficienter magnificari non possit.**

Capitulum. vi.

Folium

Os qui tali

N modo verbum hoc nosse: nec dum meruimus quo vt iam dicuntur est ex semetipso cognoscit. **U**tinam saltem illo priore modo videlicet quo cognoscit ex opibus: nosse mereamur. **A**d hanc intentionem: ad hoc studium vt feruentior essez: tu me patrum amantissime sedula commotione magis ac magis excitasti suggerendo vt hoc opus inirez: de victoria verbi dei. **N**ec enim operum eius pars est: pars optima z preclarissima cui videlicet operi ad laudem z gratiarum actionem referendam nulla omnino lingua sufficiat. **C**eterum de operibus ceteris: de creatura mundi: de misterijs huius verbi legalibus: prophetis: atq; euangelicis: z de gratia spiritus sancti iam dudum dixi quo potui: parum minusq; exiguum sentiens quid potui sim quantitatem vel dignitatem rerum quas proposui. **I**uxta illud Sapientis **Eccl. xliij** **G**lorificantes dominum quantumcumq; potueritis superualebit adhuc z admirabilis magnificentia eius. **B**enedicentes dominum exaltate illum quantum potestis maior est enim omni laude. **E**xaltantes cum replemini virtute ne labores non enim peruenietis. **Q**uis vidit eum z enarravit: z quis magnificauit eum sicut e ab initio. **M**ulta abscondita sunt maiora his. **P**auca enim vidimus operum eius. **C**um sic ille dicat: z ita sit: quid de meipso censeam: siue in illa parte operum eius quam predixi: in qua glorificare: benedicere z exaltare illum intendi siue in ista parte quam nunc tu mihi proposuisti id est in victoria qua dyabolus vicit. **M**ultum inualidum z elinguem ad tantam rem me esse fateor: sed quoniam propositio e de ipso verbo: verba mihi nascitura esse non incongrue spero. **F**aciam igitur sim iam dictam exhortationem sapientis vt exaltem quidem in victoria sua verbum dei quantum potuero: z prout ipsum donauerit: veruntamen confiteor qd victoria eius maior sit in laude neq; laborez: quia non perueniam vt possim rem dicis ex

iiij

quare: vel ipsum sicut est magnificare

Quibus vel qualibus aduersarius vbi dei qui victus est ex nominibus suis agnoscendus sit z q obcausam **D**raco septem capitum nominetur in **A**pocalip si: vnde satanas: vnde dyabolus: vnde serpens: vnde draco dici debuerit

Capitulum. vij.

Tam nunc verbi huius aduersarius agnoscendus est ex suis nominibus. **D**icit in apoca. xij. **D**raco magnus: draco rufus habens capita septem: serpens antiquus vocaturq; dyabolus z satanas. **V**ocabula hec reciproca sunt. **N**eq; enim prius fuit causa illa propter quam dicitur draco. q illa cuius intuitu dicitur serpens antiquus: neq; prius accidit cur vocaret dyabolus q fieret ipse satanas id est aduersarius: ymo prius extitit siue accidit cur vocaretur satanas. **D**einde cur dyabolus **D**einde cur serpens antiquus: deinde cur draco: tot capitum draco magnus: draco rufus: deinde ex eo satanas dicitur z est ex quo aduersari ceperit verbo dei z inf angelos seditionem fecit turbator pacis: rebellisq; lumini: z deinde siue proinde ac ceperit sententia: iuxta quam dicit. **D**iyabolus id est decorsum flues. **U**nde dominus **Luce. x** **V**idebam inquit satanas sicut fulgur de celo cadentes. **P**ost hec egit cur merito vocetur serpens antiquus videlicet quando primum decepit hominem serpentem ingressus. **D**einde proficiens in peius egit cur vocetur draco. **E**t non qualiscunq; sed draco magnus: draco rufus: habens capita septem: quando qui antiquitus seducere per fallaciam concucerat vniuersum orbem: addidit cum fallacia vim qua reges z principes ac superbos homines instigans ad persequendum z occidendum electos propter verbum dei: quod primum cepit agere statim vbi ad abrahaz facta est repromissio beati seminis quod est christus in quo omnes gentes benedicende sperabantur **Be. xxiij** **H**oc fieri ceptum est per pharaonem regem egypti qui primum pueros hebreorum masculos in aqua necari iussit.

Liber

Exo. j. Regnum ergo egypti primum draconis huius caput fuit. Secundus caput draconis regnum israhel fuit scilicet propter peccatum Salomonis quibus temporibus israhel cum rege achab et atalia filia ipsorum regesque alij tam in samaria quam in iherusalem prophetas verbi dei occiderunt. **iiij. Re. xvij.** Tertium caput fuit regnum babiloniorum qui iherusalem et templum quod tunc erat vnicum nominis domini succenderunt tresque pueros in fornacem ignis et danieli miserunt in lacum leonum propter verbum dei.

Danie. iij. et vij. Quartum caput fuit regnum persarum atque medorum qui universum genus iudeorum unde verbum erat incarnandum una die delere voluerunt. Quintum caput regnum fuit grecorum: cuius videlicet regni rex impudens Antiochus verbi siue legis dei memoriam omnem delere volens: inter cetera scelera crudelia. vij. fratres cum matre ipsorum nimis atrociter interimis. **De sextum caput regnum fuit romanorum sub quo hoc verbum incarnatum in crucem ascendit per pylatum et per manus romanorum et martires eius innumerabiles occisi sunt. Septimum caput erit antichristi regnum.**

Quo tempore talia cepit agere qualium respectu vocabulum draconis conueniat illi.

Capitulum. viij.

Oritur a tempore pharaonis draco cepit caput haberi qui iam serpens erat ex quo primum hominem per serpentem decepit. **Et si auctoritas apud Ezechielem dicit dominus Ezechi. xxix. Ecce ego ad te pharaon rex egypti draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum: et dicitis: meus est fluvius et ego feci memetipsum etc.** Nimirum in persona pharaonis diabolum arguens dicit ei. **Draco magne: satis constat quod a tempore eiusdem pharaonis illud agere cepit unde meretur draco vocari. Nam catenus non persequatur violenter tantummodo seducens fraudulentem.**

Primus

Contra simul considerandum: quia tunc etiam illud celebratum est propter quod verbum dei consuevit agnus appellari. Ille namque pharaon typus diaboli draconis magni: multis plagis fatigatus: tandem victus per imolationem agni dimisit populum dei. **His animaduersis pulcherrimum est etiam illud reminisci: quia quot sunt illius draconis capita totidem sunt huius agni cornua. Sicut scriptum est in eodem Apocalypsis libro in quo legitur draco tot habere capita. Apo. v. Et vidi in medio throni et quatuor animalium et seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem etc.** Adagna et mira sunt hec scripturarum sanctarum sacramenta. **De quibus in ordine dicendum erit prout verbum ipsum sua donauerit gratia. Nunc altius recurrere libet scilicet ad initium duelli quo primum satanas ille consurrexit aduersus verbum dei et victus de celo cecidit. Liber etiam in primis querere quantum de sacris poterit scripturis conici que causa inimicitiarum fuerit vel qualem hostis ille materiam habuerit superbiendi.**

Superiorum siue antiquorum commemoratio ex verbis prophetis: unde satanas dicitur sit vel qualem habuerit materiam superbiendi.

Capitulum. ix.

Satanas veras aduersus dei verbum causas inimicitiarum nullas habuit sed falsas confinxit. Dabit autem materiam superbiendi: speciositatem. scientiam et magnitudinem proprie conditionis. Speciosus namque et pulcherrimus conditus fuit quod et ipse conditor testatur eum apud Ezechielem dicit. **Eze. xxxj. Ecce assur quasi cedrus in libano: pulcherramus: et frondibus nemorosus. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua: omne lignum paradisi dei non assimilatum est illi et pulchritudini eius: quoniam speciosum feci eum. Nec de pulchritudine eius. Porro scientiam eius multa ibidem hoc modo magnificat. **Aque nutriturum illum abyssus****

Folium

exaltavit eum flumina eius manabant i
circuito radicum eius z riuos suos emi
sit ad vniuersa ligna regionis. **D**amife
stius quoq; in eodem propheta duz sub
noie principis tyri denorat: sciamq; a
quas intelligi solet in eo fuisse pronuclat
idem deus simul cum pulcritudine de q
dictum est **Eze. xxvii.** **P**lenius inq;
sapientia z pfectius decore in delitijs pa
radisi dei fuisi tu cherub extensus z pro
regens. **C**herub quippe plenitudo sciencie
interpretat. quod tertium erat. i. magnitu
do eius: p hoc sanis exprimit quod illic di
citur extensus z p regens. **A**mplius autē
p illud quod loco sup memorato cum di
xisset **Eze. xxxi.** **E**cce allur quasi ce
deus in libano pulcer ramis z frondibus
memorosus addidit excelsusq; altitudine:
Et post pauca cedi inquit non fuerunt
altiores in illo paradiso dei: abietes nō ad
equerunt summitatē: eius z platani non
fuerunt equales frondibus illius. per me
thaphoram sine dubio cedi z platani et
abietes que non adequauerūt summitatē
eius angelice siue archagelice dignitates
intelligunt. **F**uit ergo pulcrior z speciosi
or ceteris: qz omne lignum inquit padisi
dei nō est assimilatum illi z pulcritudini
eius: quos speciosum feci eum: fuit z mai
or z altior: qz abietes non adequauerunt
summitatē eius: fuit z scientior: qz riuos
suos per quos sciencia designat emisit ad
vniuersa ligna regionis iste cherub. **H**ec
tria quisq; perpendens sez magnitudinem
sciaz z pulcritudiez eius clarius agnoscit
cur dum contra cum sub noie principis
tyri inuehit ppheta ex psona dei **Eze.**
xxvii. **T**u inquit signaculum similitu
dinis. **L**uius enim similitudinis nisi san
cte z adorande trinitatis signaculum se
cundum hec tria. **S**ancta quippe trinitas
ipsa est magnitudo sapientia z pulcritu
do. **M**agnitudo namq; filij z spūstanci
pater est. **S**apientia patris z spūstanci fili
us ē. **P**ulcritudo patris z filij spūstanci
eius est: qz ergo magnitudine: sapientia:
z pulcritudine participavit teste scriptura
plus ceteris. **H**ec hoc ipsuz aliquatenus
claret cur dictus sit signaculum similitu

iii

dinis: **A**t ille vecors cum in tanto honore
esset non intellexit: z hec oia verit in ma
teriam supbiendi. **N**on sufficit ei tāta lar
gitas creatoris: nisi idem diceret vel exi
stimaret de ipso quod de eo nisi appella
retur deus nisi adoraret ab angelis vt de
us nisi predicaret z ipse increatus. **N**ega
uit quippe deum esse creatorem suum: z
dixit se esse deum. **S**ic eni in propheta su
pra memorato dum sub nomine pbarao
nis illi exprobrando dixisset dominus de
us **Ezech. xix.** **E**cce ego ad te pha
rao rex egipti draco magne qui cubas i
medio fluminum tuorum: statim subian
xit. **E**t dicis meus est fluuius z ego feci
memetipsum: dixit se esse increatum: ne
gavit deum esse creatore suū: z sub noie
principis tyri dicit idē dominus deus cō
tra eum **Eze. xxvii.** **E**leuatum ē cor
tuum z dixisti. **D**eus ego suz: z in carbe
dra dei sedi: z dedisti cor tuum quasi cor
dei

Ex verbis propheticis quale mendaci
um genuerit ille pater mendacij contra
veritatem dei z qualia dona perdidit.

Capitulum. x.

Ecce hoc est
mendacius quod iste diabolus
genuit cuius patrem hūc esse
pnunciauit domiuus ihesus christus ve
ritas z verbum dei: dicens iudeis **Joh**
viii. **V**os ex pie diabolo estis z deside
ria patris vestri vultis facere. **I**lle homi
cida erat ab initio z in veritate non stetit
qz non est veritas in eo. **C**um loquit me
daciū ex proprijs loquit qz mendax ē:
z pater eius: subauditur mendacij. **H**oc su
it initium duelli principium certaminis qz
tale mendacium locutus est ex proprijs.
Ex pprijs inq; qz non sic res se habuit
quō dixit **Eze. xxvii.** **E**go feci me
metipsum: deus ego sum. **S**ententia ista
cordis eius parraria ē geniture cordis vni
us z solius dei: contraria verbo dei: veri
tati dei. **H**oc est inimiciciarum exordium
z iste inimicicie naturales sunt. **N**aturali
ter quippe dissentiant veritas z mendaci
um. **V**eritas est verbum dei: mendacius

Liber

est nihil. Veruntamen istud nihil illud constituit: ut qui aliquid erat qui magnitudinis sapientie et pulcritudinis multum habebat: ita in altis versus sit: ut iam neque magnus: neque sapiens: neque pulcher possit esse vel dici. Nempe adeo magnus esse desijt ut sit quasi cinis. **Eze. xxviii.** **Ma**z dabo te inquit dominus o cherub in cinere sup terram in conspectu oim videntium te Sapiens esse desijt. Nam poidisti inquit dominus sapientiam tuam. Pulcher esse desijt. Nam polluisti air sanctificationem tuam. **S**z reuertamur ad ordies. Non dum eni totum audiimus sacrilegium supbie eius qd ppetrauit adhuc in illa magnitudine: sapia: et pulcritudie aspicius. ppter qd et sic miser tctus e bonis illis exspoliatis.

De eo q dixisse arguit in corde suo:
Ascendam sup altitudinem nubiu similis ergo ero altissimo Caputulum. x.

Vbi mendax

Uille mendacium illud locutus e Ego feci memetipsum: et deus ego sum. **Deliberavit** adhuc apud se et pposuit dixitqz i corde suo. **Eze. xliij.** **Ascendam** sup altitudinem nubiu similis ero altissimo. **N**imiaz nubiu noie ceteros oes angelos cognominavit fortassis ob magnitudines et pulcritudinem sui: qz non puus erat in oculis suis tanto: omnes angelos semetipso viliores iudicans quato nubes: licet aliquatenus candide vel lucide obscuriores sunt pulcritudie luciferi. **L**uciferum nanqz nolebat se haberi. **U**nde et euz im. pberio ei dicit. **Ysa. xliij.** **Quo** cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris: pfecto qz vbi dixisse legit. **Ascendam** sup altitudinem nubiu. **I**bidem cu ex. pbra tione lucifer nuncupat: dat intelligi qz ceteros angelos in corde suo qsi nubes reputauerit arbitrans de semetipso qz esset tanqz lux qua nubes indigent ut illustret. **S**z illud occurrit quod ibidem vtraqz dixit. **Ysa. xliij.** **S**up astra dei exaltabo solium meum et ascendas sup altitudines nubium. **A**d quod dicendum qz neqz astra hec visibilia: neqz nubes tunc erant: et idcirco p astroy et nubium vocabulu intelligi oportet ordines angeloz quos ille qz

Primum

nis essent astra dei reputabat nubes conpatione sui. **E**terz quo quo hec dixerit illud pstat: qz despectui cunctos habuit. na omne sublime videt et ipse est rex sup oes filios supbie. **Q**uid tandem est qz ait. **Ysa. xliij.** **Ascendam** in celum sup astra dei: sup altitudinem nubium. **N**omme i celo erat et ppter hanc supbiam de celo cecidit ille sathanas. **N**omme sup altitudinem nubium eiusmodi ascenderat euz sicut ia dictum est ex alio ppheta. **A**bietes et platanis: p quas intelligunt qz eodem altitudines angelice dignitatis non fuerint equeles frondibus illius non adequauerit similitudinem eius in paradiso dei. **A**liuz ergo ascensum oportet intelligi videlicet ascensum cordis non corporis: ascensum honoris non loci. **E**x abundantia est destruere pro uectionem honoris ascensum recte dicit: cum in scholis quoqz pueri lectitent: duce nobilem dicentem militibus suis: quo potuit ciuem populus perducere: liber ascendi supra que nihil nisi regna reliqui. **L**egit qz dixit. **Ascendam** tumor fuit ambitio nis: qz qui dicebat ego feci memetipsum deus ego sum: psequenti sic ambiebat ascendere in celum ut celi teneret imperiu sic exaltare sup astra dei solium suu. **S**ic ascendere sup altitudines nubium ut adoraret et honorificaret pcentu angelorum tanqz deus et dominus ipsoz. **H**oc eni hz suprema dicitio siue dictionis eius conclusio. **N**am ac si aliquis quereret **I**n quo ascendes: ero inquit similis altissimo.

Qualiter ex verbis ppheticis deus se haberi volens: vniuersas angeloz multitudines ad famulandum sibi submittere voluerit: et de his q pseruerunt illi. Ca. xij.

Quomodo hoc

Quomodo fieri possit nisi ipsoz pseruati angeloz: ut igit in re pcederet qz apud se hebat huiuscemodi pseruati cepit predicare semetipsum oibus angelis pseruati ut erat plenus sapia qz efficaciam haberet ad pseruati ut crederet sibi dicenti. **Eze. xxix.** **E**go feci memetipsum: deus ego sum: quatecumqz sunt ille lingue angelos nimirum constat eum hoc de semetipso predicasse qz in eum pphetice

Folium

scripture penitatis testate sunt. **N**ec vero
vt cunq; sed magna scie qua plenus erat
arte predicabat oibus angeloz; certibus
deum se esse. **Q**uid aliud. per illud enim
imuit q; loco supra memorato inter cetera
que dominus dicit contra eum sub noie
assur **Ezech. xxxj** **B**luntia eius inq;
manabat in circuitu radice eius: et riuos
suos emisit ad vniuersa ligna regionis: et
multiplicata sunt arbuta eius: et eleuati
sunt rami eius pre aquis multis. **R**iuos
nanq; suos emisit ad vniuersa ligna regi
onis: quia sapientiaz suam multam effun
dendo vniuersas angeloz; multitudines
circuenerit et in sententiaz suaz deducere
laborauit. vt apud illos. tanq; altissimus
haberet et adoraretur vt deus. **E**t eleuati
sunt rami eius pre aquis multis: q; maior
q; erat cepit haberi apud maximam partem
angeloz; pre multa sapientia qua sese co
mendauit. de quibus post aliqua sic dicit
Et emulata sunt ei oia ligna voluptatis
que erat in paradiso dei. **N**otandū quid
vel qualiter dixerit: q; non ait. et emulata
sunt eum oia ligna regionis: sed emulata
sunt eum oia ligna voluptatis. q; cunctos
quidē angeloz; per suam sapientiam decipe
et ad suum fauorem deducere temptauit.
Sed adulati sunt ei tantūmodo spūs illi
qui gloriā suam querebant: nō dei. quos
delectabat seruire potius creature q; cre
atori ita esse: vel maxime liquet ex eo q;
tandē dicitur ei **Ezech. xxxj** **E**cce de
ductus es cum lignis voluptatis ad terrā
vltimā in medio incircumcisozū: dormies
cum his qui interfecti sunt gladio.

Negando se creaturā dei esse nullū
pra se teste stare putauit pro testimonio
creatoris **Capitulum. xij.**

Quem putas
posse esse ex omnibus angelis
qui dicere ipso. **E**go creatura
dei non sum. ego a nullo factus sum: sed
ego feci memetipsum. obuiaret et diceret
fallum tu loqueris. **Q**uem timeret posse
inueniri testem dei qui testificaretur et di
ceret. **I**lle te fecit. verus nāq; testis ille ē
et certus qui qd vidit et audiuit hoc testat
Jobā. iij **E**t vero cunctoz; spūm siue

v

angeloz; nullus vidit vel audiuit quando
illuz fecit deus. **N**ullus quippe ex oibus
ad huc fuerat conditus: oēs minores sunt
hic primus erat. **T**estatur hoc ipse deus
qui ad beatū tob illum mirabiliter descri
bens **Job. xl** **I**psē inquit principuz
est viā dei. **E**liphas quoq; themanites
dū de eodez iusto viro nimis male sentit
putas eum contra deuz supbire et imitari
linguam blasphemantium **Job. xv**
nāquid ait. **P**rimus homo es tu et ante
colles formatus. **I**dem enī est ac si dicet
Sic eleuat te cor tuum et sic tumet contra
deū spiritus tuus vt imitari videaris adā
qui supbie spū deceptus perit. imo et dy
abolus qui ante colles. i. ante ceteros an
eglos formatus contra creatorē supbiuit
Cum igitur nullū hēret ex oibus angelis
cōscium sue creationis qui dicere posset.
ego vidi vel audiui: eo q; primus ipse cō
ditus fuerit que putaret stare posse cōtra
se teste dei: quis reuelaret faciē indumentū
eius: et in mediū oris eius q; intraret por
tas vultus eius q; aperiret. **N**amurū arbi
tratu eius nullus erat q; posset eū arguē
esse mentū: et pōitōis eius pferre iudiciū
Quod contra eū testis exiterit verbū dei
et q; testimoniū eius spūm pars quedā
accepit: ps quedā nō accepit **Ca. xliij.**

Ed ecce i pri
cipio erat verbū et verbū erat
apud deū et deus erat verbuz
hoc erat in principio apud deū **Jobā. i**
Doc verbū hic deus testis esse debuit: et
testis esse potuit verus et ydoneus q; sa
thanas ille falsus est q; mendaciū loque
retur. **N**āz ipse sup oēs: ipse est ante oēs:
et qd vidit et audiuit hoc testat **Job. iij**
Quid aut non vidit: aut quid nō audiuit
qui oia vidit cum fierent: imo oia vidit et
audiuit anteq; fierent. **N**ā oia per ipsum
facta sunt: et qd factū est in ipso vita erat
Jobā. i **E**dit ergo illū quoq; angelū
sumū cū fieret: vidit et audiuit anteq; fieret
et idem per ipsū factus est. p̄inde poterat
testari de illo supbo q; esset falsa locutus
q; est factus vel creatus. **C**ū itaq; riuos
suos emitteret vt supra iā dictū est ad vni
uersa ligna regionis mittebatur eū verbū

Liber

hoc: fons viuus et verus qui apud deum erat. iuxta illud **Psalmo. x.** Quonia apud te est fons vite. **Aditebat** inquam ad irrigandū eadem ligna regionis id est ad instruenda spirituum agmina cognitiōe veritatis. Talis namq; fons est hoc verbū vt sit etiā lumen cordium illuminans oculos mentis ad illuminandum et videndū: non solum que presentia: verū etiam que preterita et que futura sunt. vnde cū dictū esset. quod premisimus. Quoniam apud te est fons vite. continuo subiunctum est. **Et in lumine tuo videbimus lumē.** huius rei sufficiens habemus experimentū in hoibus sanctis ad quos factū est verbū domini. qui et proinde videntes dicti sunt quia in isto lumine sic viderunt lumen vt cū catenus fuissent. nonnulli ex ipsis homines sine literis imo pastores vt amos et dauid repente fierent literati: et prudentes eloquij mistici: et interpretes celestium secretorum miri et magnifici. Nonne etiā hoies huiusmodi inter cetera quoq; conditionem et presumptionē viderunt illius satane id est aduersarij quem et descriperunt per figuras et tropologias mirabiles nunc sub noie pharaonis: nunc sub noie assur: nunc sub nomine principū tyricetorumq; superbozum principum huius seculi qui illum sunt imitati. Itaq; saltem exemplum hoim prophetarū huius verbi domini perspicuum nobis sit. quia electi angeli per infusionem eiusdē verbi scierunt. nec quasi incertam senserunt. sed claro lumine viderunt illud quod erat preteritum scz et quod sicut ipsos iuniores ita fecisset vnus deus illū primū. hoc erat verbū et fidele verbi testimonium: verbi quod erat deus: qui non in incerto quicquid loquitur: sed quod vidit et audiuit hoc testat. **Testimonium eius spirituum pars quedam accepit. pars quedam non accepit.** Pars que testimonium eius accepit signauit: quod deus verax est dicens **Iobā. iij.** **Uide** quod ego sum solus et non sit alius deus preter me **Genetro. xxxij.** **Et satanas** ille mendax qui dixit. **Deus ego sum et i cathedra dei sedi: et meus est fluuius: ego feci meipsam et cetera huiusmodi.**

Primus

Quod ps illa que testimonij eius non accepit sit inexcusabilis. quod inuidendo creatori fauere dyabolo rebelles lumis **La. xv.**

Pars que testi monium non accepit sic est inexcusabilis: vt ille idē princeps et pater mendacij qui contra propriā conscientiam mentitus est. dicendo se esse quod non erat: negādo se esse quod erat. Nihilominus namq; et ipsi oēs scire poterunt verum esse verbi dei testimonium: sed rebelles luminis id ē eiusdē verbi extiterūt propter superbiam: seu propter inuidiam cuius videlicet superbie siue inuidie nūc vsq; proprium et vstitutum est: ob derogationes melioris semper fauere peiori. hoc illi spūs qui dicuntur et sunt maligni sine dubio fecerunt. Inuidentes namq; meliori imo soli bono creatori malū et mendacē satanam id est aduersarium eius suis fauoribus extulerunt: testemq; eius: verbū eius oderunt et repulerunt. vtpote quorū sūm exemplū maligni quoq; hoies eisdē dño deo dicere soliti sūt. **Recede a nobis scientiam viarum tuarū nolumus.** **Iob xxj.** **Alium spūm maxime iudei imitatores fuerunt.** de quibus non recipientibus testimonium suū: ait idē ipsum dei verbum: **Nunc autē et viderunt et oderūt et me et patrem meū.** **Iobā. xv.** **Superbiam atq; stulticiam illoz quidam puer declamauit qui cū premisisset. O israhel quod magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius: magnus: et non habet consumationes: excelsus et immensus. ita subiunxit. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab inicio fuerunt statura magna: scientes bellum. Nō hos elegit dominus neq; viam discipline inuenerunt. propterea perierunt: et quomodo non habuerunt sapientiam interierunt propter suam insipientiam.** **Saruth. iij.** **Profecto superbiā illoz noie gigantū pgrue signauit insipientiaz autē pprio vocabulo exp̄ssit.** **Magnitudinē quoq; et imanitatē rebellionis eozū qua contra veritatē rebellaueūt mirromō tam pprie quod breuiter exposuit. dicendo sciētes bellū. porro sanctoz spiri**

Folium

tum qui sicut iam dictū est verbi dei testimonium acceperunt sapientiam humilitatem atq; obedientiam. subinde pulcherrime expressit dicens. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis: et letate sunt vocate sunt et dixerunt. Assumas: et luxerunt ei cum iocunditate. **Baruth. iij.**

Deinde contra principem illorum malignorum qui dicit. Deus ego sum veraciter intulit diei. Qui fecit illos hic deus noster est: et nō estimabitur alius ad illū.

De damnatione illius: et consentientium illi. et qualiter per ministerium sanctorum angelorum debellati fuerint. et qd verbum dei sit ignis: sapientia dicente. Dis sermo dei ignis: clipeus est sperantibus in se.

Capitulum. xvj.

Igitur qd gigantes erant. qd scientes bellū erant id est quia superbi erant et tota intentione creatori rebellabāt. Becebat cum qui fecerat eos vt tam contra ipsos qd contra principem eorum equam proferret sententiam: et ostenderet in illis fortitudinem suam. Sententia ipsam nomine gladij loco superius memorato per prophetas contra assur designat cū dicit. **Ezech. xxxj.** Qui assimilatus es o in elite atq; sublimis inter ligna voluptatis ecce deductus es ad terras vltimas in medio incircūforū: dormites cum his qui interfecit sunt gladio. Eandem sententiā damnationis licet illic per gladium intellegi: tamen in apocalipsi de bestia que de mari ascendit. quia habet plagam gladij et vixit. Plagam namq; gladij habet bestia et vixit. quia sententia damnationis dyabolus in celo accepit: et adhuc supbit ac semetipsum descendit. Itaq; gladio percussus est cū lignis voluptatis id est sententia verbi dei. damnatus est cum angelis sequacibus suis. Damnatus aut per iustissimum verbi dei iudicium: statim de celo proiectus est per ministerium sanctorum angelorum victorie verbi dei militantiū. Sed que vel q̄lia fuerunt vel sunt armis quibus illi spiritus in illo prelio vsi sunt.

vj

Non vtiq; arma materialia fuerunt: sed omnis armatura eorum fuit et est ipsum dei verbum. Ipsum inquam dei verbum rebellibus illis spiritibus vim suam per angelos sanctos intentans per semetipsum perfecit victoriam. Ignis quippe est dei verbum id est sic intolerabile est impiis: spiritibus malignis vt est infirmis corporibus ignis visibilis. Hinc in pabolis scriptum est. **Proverbior. xxx.** Omnis sermo dei ignitus clipeus est sperantibus in se. et psalmista dicit. **Psalm. cxvij.** Ignitum eloquium tuum vehementer. Item sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei. Igitur non qualibuscunq; armis dyabolum et angelos eius debellauerunt sancti angeli: sed igne ardēte in ipsis tanq̄ qui ē verbum dei. Etenim ignis iste intolerabilis quidē est impiis et odientibus se: sed blaudus et suavis est piis et diligentibus se. Idcirco a pud prophetam supra memoratū angeli sancti lapides dicuntur igniti. Sic enim scriptū est. **Ezechiel. xxvij.** Et posuisti in monte sancto dei in medio lapidum ignitorum ambulasti. et subinde ait. Et peccasti et eieci te de monte sancto dei: et perdidisti o cherub protegens de medio lapidum ignitorum.

De eo qd ait psalmista. Tu terribilis es et quis resistet tibi extunc ira tua.

Capitulum. xvij.

Et eo satis liquet qd veraciter psalmista dicit. Tu terribilis es et quis resistet tibi extunc ira tua. quod idem est ac si dicat. Non ex quo quisq; peccat: sed ex quo tibi resistit peccator quod ille primus fecit ira tua vim suam exercet cui resistere nemo potest. et quis recte considerans tantam terribilis dei non pertimescat iram. Ille qui videbatur sibi fortissimus sic inter angelos quorum volebat esse dominus quasi cera vel tanq̄ stipula inter flamas inualidus est inuentus. Quis hoc in laude verbi dei non admiratur. Consideretur diligentius litera prophetalis: quomodo in cum declamat: premiserat

Liber

dicens **Ezech. xxviii.** **O**mnis lapis
preciosus operimentum tuum sardius to-
pazius iaspis crisolitus onix berillus sa-
pbius carbunculus z smaragdus. post
hec ita subiunxit. **R**epleta sunt interiora
tua iniquitate z peccasti: et eieci te de mōte
dei z peridi te o cherub protegens de me-
dio lapidum ignitorū. **N**ouem preciosos
lapides per quos nouem angelorum in-
telligimus ordines quos uelut operimen-
tum tibi usurpabat ad ornatum z obse-
quiuū sui lapides ignitos appellauit. **N**ō
ne hec dicendo mirabilem euentum pre-
dicauit uelut si q̄s latro uel predo palliū
uel tunicam rapiat z induat. statimq; in
loricam siue thoracez ignitam conuertat
illi. **V**ere igitur tu terribilis es deus: z ne-
mo resistit tibi. **N**ā ubi resistere tibi quis
audet extunc ira tua que non potest por-
tari. **I**lle tam magnus tam robustus dū
a facie tua effluxit sicut fluit cera a facie
ignis terribiliter i semetipso expertus est
z omnibus pro expimento sufficit q̄ tibi
nemo resistere possit. **V**eruntamen cum
legimus uel audimus extunc ira tua: seu
quodlibet aliud eiusmodi: non intelligimus
nec intelligere debemus de deo impassi-
bili q̄ in eum cadat motus animi qui si-
gnatur uocabulo ire uel furoris. **I**psē nā
q̄ suauis semper in tranquillitate omnia
disponit. s; creatura corrupta: suoq; uicio
turbata: ipsam creatoris suauitatem atq;
tranquillitatem male z penaliter sentit. **I**n
de est q̄ vno eodemq; tempore uel mo-
mento z lapides supradictos qui incorru-
pti sunt illustrat: et nō vrit: et aduersarios
illozum vrit z nō illustrat qui sunt corru-
pti z a natura bona degenerati. hoc licet
sensato homini iuuat adhuc per notam si
militudinem indagando melius inueniri.

Qualem per similitudinē possit animū
aduerti quod in propheta dictū est. z per-
didi te de medio lapidum ignitorum ubi
subaudiendū: quia tu illozum ignem sus-
terre non potuisti.

Capitulum. xviii.

Primum

Ece quēpias

E lapidem lucidū ex clarissimis
lapidibus eiusmodi qualium
vocalibus in propheta vt iam dictū est dñs
deus nouē ordines angeloz significauit.
Plerumq; dum libet attollis in faciem
solis sereno celo fulgentis. statimq; lapis
idem in paruam sui quantitatem magni
solis concipit imagine: suppositionis con-
tinuo materiam per aridam ignium escā
Nonne vnus idemq; splendor solaris et
in lapide radium vibat immortū: z in ma-
teria iam dicta tactu molestum traicit in
cendium. **V**nus idemq; ignis z i lapide
radiat nec vrit. et i esca fumat et vrit. **N**ō
ergo mirum q̄ deus nollet qui vt ait a-
postolus **ad Hebr. xii.** **I**gnis con-
sumens est. simul vno eodemq; actu san-
ctos angelos sic ignitos reddit vt ipsozum
puleritudo z delectatio: et aduersarios su-
os sic attingit vt consumantur penaliter af-
flati. **I**taq; z peridi te inquit **Ezech.**
xxviii. **C**herub protegens de medio
lapidum ignitorum. subaudiatur: quia in
illozum ignem suū esse nō potuisti. **T**ua
nanq; superbia et illozum humilitas ita
sunt contraria p̄trarietate naturali vt qd
illis gloria est idipsum pena sit. **S**ciendū
interca: quia quocunq; se vertat: penam
suarū secum portat z plaga ignis ignitorū
lapidum qua semel est fulminatus intrin-
secus in ipso perseverat. **H**ec eius pena
ex illis domini dictis ad beatus iob saluo
sacratore intellectu valet intelligi. **I**ob
xli. **D**e ore eius lapides procedunt sicut
te de ignis accense: de naribus eius proce-
dit fumus sic olle succense atq; feruentis
halitus eius prunas ardere facit. z flāma
de ore eius egreditur. **I**nterī ergo donec
veniat dies vniuersalis iudicij quo i ignē
eternū qui paratus est ei z angelis eius
precipitabitur cunctis videntibus iam ha-
bet penam incendium fulminis quo ful-
miatus de celo cecidit. z nihil sic timet q̄
fulmen verbi dei. nihil habens virtum vt
subsistere possit vbiunq; illud senserit in
corde uel ex corde z ore hominis: siue an-
geli verbi eiusdem dilectionez habentis.

Folium

Ex illo certamine quo dyabolus est detectus princeps militie sanctorum angelorum michael sic dicitur quod interpretatur quis sicut deus.

Capitulum. xix.

Ex illo certamine

E mie magno et mirabili pulcro nomine et honore donatus vnus et primus de militie celestis principibus gloriose redit. Nominis videlicet ut exinde vocaretur michael. Honore ut non solum angelorum: verum etiam hominum beneficium dei verbis ipse sit princeps. Sic enim danieli de illo ab alio angelo dicitur est **Daniel. x.** **Et** ecce michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. **Item** veritatem annuntiabo tibi quod expressus est in scripturis veritatis et nemo est adiutor meus in omnibus his nisi michael princeps vester. **Item** post aliqua **Daniel. xij.** **In** tempore autem illo consurgit michael princeps magnus qui stat pro filio populi tui. et veniet tempus quale non fuit ex eo quod gentes esse ceperunt vsque ad tempus illud cum dicitur **Qui** stat pro filiis populi. loquens illi cuius populo soli creditur et notus tunc erat verbum dei dicitur ei. **Princeps** vester magnus. **Profecio** constat quod princeps est oim vsque ad finem seculi qui verbum dei credunt et continentur: et hoc honore vel principatu donatus est ex quo contra dyabolum dicentem. **Deus** ego sum. restitit ut diceret. **Quis** sic deus. et vincendo illum probauit. quia nullus est alius sicut deus. **Hinc** ut iam dictum est. nomine quoque est donatus ut michael vocaretur. **Michael** namque interpretatur quis sicut deus. **Iste** et tunc in celo victor exiit. et nunc in ecclesia que ad celum tendit. vnde et ipsa celum dicitur: quia celestem vitam ducit. eundem antiquum vincit sicut mystica apocalipsis continet scriptura **Apocalip. xij.** **Et** factum est inquit prelium magnum in celo michael et angeli eius pugnabant cum dracone. et draco pugnabat et angeli eius et **Magnus** igitur princeps iste: princeps belli diuini. verbum autem dei belli eiusdem

vij

virtus est. **Nam** quia verbum ipsum satana illi et tunc in celo tanquam deus elisit. et nunc caro factum in hoc mundo forte cunctis tanquam fortior alligauit. **Unde** archangelus iste cum angelis suis pugnando: et tunc illud de celo proicere potuit vbi dicebat **Ecce** **zech. xxvij.** **Deus** ego sum: et sedi vel sedebam in cathedra dei. et nunc cunctis de templis vel delubris ydolorum vbi a nobis gentibus colebatur prorubere preualuit pugnando contra illum: non solum cum angelis suis: verum etiam cum hominibus sanctis: maximeque piis martiribus christi quibus mori vicisse fuit.

De eo quod dictum est ad beatum **Iob** quis demisit lapidem angularem terre cum me laudarent simul astra matutina. et iubilarent omnes filii dei.

Capitulum. xx.

Lapis proie-

Icto illo: laudauerunt et iubilauerunt angeli sancti. parucipes cum michael et coopatores victoriae verbi dei sicut ipse deus et dominus ad beatum **Iob** loquens pulcre innuit **Iob. xxxvij.** **Præmissis** namque vbi erat quando ponendam fundamenta terre. indica mihi si habes intelligentiam. quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetendit super eam lineam super quo bases illius solidate sunt ita subiungit **Iob. xxxvij.** **Aut** quis demisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes filii dei. **Et** quidem si futurorum prophetiam in verbis istis attendimus: spiritalis terre id est sancte ecclesie positio dimensionem atque solidationem vultus intelligimus cuius lapis angularis est christus. sicut docet beatus papa **Gregorius** **Verumtamen** si preteritorum narrationem attendere placet. quia reuera deus huius terre quas calcamus fundamenta posuit quod mirabile est super nibili. et bases eius. i. firmitatem eius solo precepto suo solidauit **Lapis** alius scilicet satanas erit intelligendus lapis ire angularis. i. princeps huius mundi **Nam** de isto sine dubio superius idem **Iob**

Liber

assumpta parabola dixit **Iob. xxvii.** Lapidē quoq; caliginis z vmbre mortis diuidit torrens a populo peregrinate eos quos oblitus est pes egentis hominis et inuios. Haur dubitum quin eo loco lapis satanas ille debeat intelligi lapis caligis: vtpote nihil habens de illuminatōe septe oculorum quos in alio lapide zacharias propheta vidit. Lapis inquam caliginis z vmbre. non qualiscūq; sed vmbre mortis. Istum lapidē diuidit torrens iudicij diuini a populo peregrinante vt videlicet nō obscure: nō sua caligine inuoluat eos qui in hoc mundo peregrinos se esse no uerunt. qui manentem ciuitatem hic non habent sed futurā inquirunt. Diuidit ab eodem populo cum eiusmodi lapide etiā eos quos oblitus est pes egentis hominis z inuios id est omnes homines impios: quos propter incredulitatem ipsorum oblitus est z dereliquit pes egentis hominis id est gratia ihesu christi. qui cum diues esset propter nos pauper factus est. Dereliquit inquam vtpote inuios: quia noluerunt parare vel parari apud se viam domino. Lapis itaq; durissimus ille hostis lapidis terre angularis id est superbus p̄iceps huius mundi recte valet intelligi. Et illum deus reuera demisit id est deorsum demisit. nec alius nisi deus demittere potuit. Cum igitur demisisset illum laudauerunt inquit simul astra matutina z iubilauerunt omnes filij dei. q̄ dixerit laudauerunt astra matutina: reperit dicendo et iubilauerunt omnes filij dei: videlicet sancti angeli qui dum in gratie charitate perstiterunt. recte dicunt astra matutina id est angeli lucis. Angeli habentes caritatem z cognitionē dei: que tunc illis per uicti ruīnam dyaboli clarius illuxit.

De eo q̄ dictum est ad eundē beatū iob. potestas z terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis.

Capitulum. xxi.

Quale autē putamus laudationis vel iubilationis iunctū fuisse. Quid pul-

Simus

crius eo q̄ sonat ipsum nomen michael. Quid ad tonandam laudem sonozius q̄ istud. quis sicut deus. Nimirum res ipsa ferebat vt sic innotantes laudaret atq; iubilarent. quatenus in ipso laudis z iubilationis exordio viciū illi stulticie magne reargueret qui sibi videbatur esse sicut deus: z verum et solum deum digne magnificarent. q̄ ei similis esse non possit alius. **Iob. xxvii.** Simul astra illa matutina laudabant simul. omnes illi filij dei iubilabant. Simul inquam videlicet q̄ illa victoria magnā cum dyabolo z angelis eius excluderat discordiam magnam omnibus residuis illis beatis spiritibus fecerat concordiam. Ablatum erat de cetero illorum omne scandaluz. Hinc est illud ad beatum iob. Potestas z terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. Plane veraciter dictum: sed non bene: neq; cōpetenter illatū. Nam quia dixerat idem sanctus iob in fine sermōis **Iob. xxiii.** **Q**uod si non est ita: quis potest me arguere esse mentitus z ponere ante deū verba mea. Unus amicorū eius qui oēs de illo sermōnes nimis male sentiebat putans hoc eum dixisse per nimiam mentis superbiam **Iob. xxv.** Potestas inquit z terror est apud eum qui facit concordiam in sublimibus suis. ac si diceret. Ille et potest arguere esse mentitus qui terribiliter potuit arguere dyabolū. et de iccto illo pro eo q̄ in sublimibus suis faciebat discordiam indissolubilem in eisde sublimibus fecit concordiam. Potestas inquam z terror apud eum est sicut ex illo z ex omnibus superbis comprobātū est. z ex teipso qui propter superbiam percussus z omnibus bonis spoliatus nunc in sterquilinio sedes. Male quidem vti iam dictum est z incompetenter ille dixit Quia contra virum simplicēz rectū deūz timentem z a malo recedentem dixit. sed nihilominus bona z vera sentēcia q̄ recte dici posset contra talem quicūq; qualē illuz esse putabat. Cū igitur dicit. q̄ simul astra matutina laudabant siue iubilabāt: magnā insinuat exclusam esse discordiaz magnāq; factāz in celo cadente dyabolo

Folium

concordia. Non leuiter est hoc sentiendū quasi aduersarius ille in illa tanta multitudi-
tudine spirituum paruum discordie fecerit tumultū dum se mendaciter deum vellet haberi contra verum deum et viuum.

Quoniam non iuxta quosdam nullam in celo moram habuerit cum Propbeta dicat in eum. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis a die conditionis tue donec inuenta est iniquitas in te. **Capitulum. xxij.**

Qui opinio

Ene illa preuentus est ut eundem satanas cecidisse putet statim ut conditus est non apparet. non accedit ad cor ut sentiat. magnū illum fuisse dyabolice seditionis et discordie tumultū: licet magnas esse iras demonum: magnus est contra zelum bonum: zelum non ignoret sanctorum angelorum. Prius ergo sciendum est eū non cecidisse statim ut conditus est. Sic enim in eum per prophetā sup memoratū dicitur est **Ezech. xxvij.** In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis a die conditionis tue donec inuenta est iniquitas in te. Profecto dico huiusmodi a die conditionis tue donec inuenta est iniquitas in te. sensum fructu opinionone illam non admittit: vbi dicat vel putet quis: quod vbi conditus est ille statim ceciderit. Consequeretur etiam illa suspicio ut posset suspicari. quod qualis idem nunc est sed malus: a deo factus est. Nunc autem et innocentiem et rectū illum fuisse conditum: et non parua mora permansisse in medio angelorum sanctorum: et presens sermo vincit dum ita premitur. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis. Ac demum subiungit. A die conditionis tue. ac deinde. donec inuenta est iniquitas in te. Siem conditionis non sic accipimus ut nunc cursum et recursus solis: quod nec dum erat sol iste visibilis: sed melius exprimi non potuit sensus prophete vel dei ad homines loquentis. Non ergo putandum est quod conditus statim ceciderit imo illud verum est. quod primus conditus: et tunc demum positus est in illo paradiso

viiij

celesti. Sic enim ibidem scriptum est **Ezech. xxvij.** In die inquit qua conditus es foramina tua perperata sunt tu cherub et extentus et proteges: et posui te in monte sancto dei. Sed et illud datur intelligi: quod non statim in initio peccati de celo protectus fuerit: sed ipsum quoque expectauerit patientia dei. Ipse autem in duriciam suam et cor impenitens iram sibi thesaurificauerit. **Rom. ij.** Cum enim premissum fuisset donec inuenta est iniquitas in te. statim subiunctū est **Ezech. xxvij.** In multitudine negociationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate: statimque et peccasti. ait et tunc demum. et eieci te inquit de monte dei. **Tria** hec sunt incrementa peccati que in hominibus quoque tandem iustum consequitur iudicium dei. Primum iniquitate mente concepit. Deinde ipsam iniquitatem non semel aut vno actu sed multipliciter adimplet. Deinde opera iniquitatis defendendo peccare. Itaque quod et inuenta est iniquitas in te. et multitudie negociationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti. non parua intelligitur mora in iniquitate illius peccatoris antiq ad instruendos electos angelos ut sciret iustum esse iudicium dei: videntes illum peccatorem quod esset incorrigibilis.

Animaduertendum esse quod in sublimibus dei pacem turbauerit. et de eo quod dominus ait. videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. **Capitulum. xxij.**

Situr in iub

Iubilibus dei discordie tumultus grandis exiit inter magnas iras demonum: magnumque et bonum zelum spirituum bonorum. Nimirum ut hoc animaduertamus sed quod in sublimibus dei nimie pacem turbauerit. Idcirco sub nominibus animarum hominum qui terram turbauit. aut videlicet assur pharaonis regis quod tyri et nabuchodonosor regis babilonis dicitur quod illi. **Isaie. xliij.** Nūquid iste est vir qui conturbauit terram: qui conculcavit regna: qui posuit orbem deserti: et urbes eius destruxit. Nunc tu enim terram disperdisti: tu populum occidisti et cetera

Folium

Cur illum cum presciret casurus fecit deus tā magnū: et de pharaone cui dictū est in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te fortitudinem meam: et q̄ per hanc similitudinem promptū sit agnoscere contra dyabolum iusticiam dei irreprensibiles

Capitulum. xxv.

Dicit aliquis

si iam tunc videbat: quare illū tā magnifice formabat: quare foramina eius tam diligenter preparabat si quem res ista mouet. Idem illi quod de pharaone dictum est: de illo quoq; satana respondendum est. **Exod. ix.** Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendas in te virtutem vel fortitudinem meam vt annūciat nomen meum in vniuersa terra. Hoc audiens fidelis animus qui de domino in bonitate sentit: nō suspicatur q̄ eundē pharaonem malum esse voluerit vel malum esse fecerit deus: s; ita intelligit: in hoc ipsum excitaui te. Vel sicut alibi legit. **Ps. lvi.** Posui te. Ac si diceret. Regem feci: vel esse volui te. Longe aliud est fecisse hominem malum: et aliud homines qui malus erat excitasse et subleuasse in regnum. Quia malus est homo a semetipso sit: q̄ autem cū sit malus in regnum ascendit: dei ordinatione sit: aliquando propter peccata populi: aliquando propter probationem: vt manifesti fiant electi: aliquando propter declarandam et amplificandam gloriam et laudem nominis dei: vt proficiat auditoris per meritum illoz cognouisse omnipotentiam dei: quod manifeste de illo pharaone vox predicat diuina in hoc ipsum inquit **Ero. ix.** Posui te vt ostendas in te fortitudinem meam et narret nomen meum in vniuersa terra. Quid aliud sana fides sentire debeat de illo satana presertim cū corpus illius pharaon fuerit q̄ omnis sancta christi nouit ecclesia. Igitur et de illo rectissime dicas: quia cum sciret creator illum malum futurum cum faceret. Vel priusq̄ eum faceret: sicut videbat ita et dabat malum. Et vt in illo ostenderet fortitudinem suam: magnum: sapientem: speciosum sicut iam superius ex propheta d

ix

monstratum est fecit eum: et tanta pre ceteris angelis illi contulit qui malus spōte futurus erat: quanta nec pharaon qui similis illi dicitur pre ceteris hominibus habere potuit qui priusq̄ in regem excitare tur malus erat. **Beniq; pharaone aliq; homo in regno ipsius: et statura maior: et sapientie capaxior: et forma pulchrior esse potuit. Illo autem sathana nullus ex angelis altior: sapientior aut speciosior fuit: Nam vt supra memoratum est. **Eze. iij.** Omne lignum paradisi dei ait deus ipse per prophetam. Non est assimilatum illi. Veruntamen q̄ loquitur dominus. Nūquid nosti ordinem celi et pones rationes eius in terra. Nos sup questione hac temperantes cum apostolo dicamus. **Ro. xi.** **Q**uā altitudo diuitiar sapientie et scientie dei q̄ in comprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius**

Unde et quo dyabolus proiectus sit: quali de celo: quales iam tunc in inferny ceciderit

Capitulum. xxvi.

Hactū ē quod

videbat veritas: cecidit satanas. Unde cecidit de celo inquit. De celo vtiq; non suo: sed domini: quia nec saltem in celo conditus fuit: s; postq̄ conditus est positus fuit in celo ab eo qui et celum et ipsum condidit. Plane sicut homo non in paradiso factus fuit: s; post q̄ factus est tulit eum factor eius: et posuit eum in paradiso voluptatis. **Ge. i.** Sic et illum non in celo fecit sed factum in celo posuit. Unde cum premisset **Ezechi. xxviii.** Aurum opus decoris tui et foramina tua in die qua conditus es preparata sunt tu cherub extensus et protegens. Tunc demum subiunxit. Et posuit te in monte sancto dei. Iure ergo de celo cecidit: quia quod datum sibi erat celū rapinam arbitratus est: et per humilitatē non custodiuit. Ubi autem cecidit: putas in terram. Vtiq; in terram. Veruntamen non talem vt nunc videmus eam. Tunc enim terra inanis erat et vacua et tenebre erant super faciem abyssi. **Gene. i.** ymmo et ipsa terra tegebat aquis: nec a

Liber

ceteris distincta erat elementis. **Chaos** erat magnus q̄ illic terre nomine signat̄ id est nō tantum vñū elementuz q̄ prius aridam: z deinde terram deus appellauit sed tota quatuor elementorum moles cōfusa. **E**rgo miserum non tamē miserabilem: quanta enim ex beatitudine in quā tam miseriam ceciderit: quantis ex diuitijs: in quantam paupertatem incidit. **N**ihil hic nisi abyssum inuenit z tenebras super faciem abyssi. **N**on erant hic regna mundi z gloria coruz: que aliquando domino ihesu ostendens. **S**i inquit adora ueris me hec omnia tibi dabo: quia mihi tradita sunt z cui uolo do illa. **L**u. iij. **Q**uid dico regna mundi non dum erant **S**ol z luna: stelle z lumen: z cetera omnia quecunq; die secundo z deinceps facta sunt non dum erant: sed tantum ut iaz dictum est chaos z super faciem abyssi caligo tenebrarum. **S**ciendum quippe tres esse celos auctoritate scripturarum. **P**rimum z summum: quod a principio creauit deus quod est inuisibilis patria beatorum spirituum. **I**nfimum uero aerem istum qui celum dici psueuit. **A**nde z dicuntur volucres celi. **M**edium autē firmamentum quod die secundo deus fecit celumq; appellauit. **H**oc celum medium non dum erat factum quando dyabolus cecidit: sed erat factum celum illud inuisibile que habitatio est sanctorum angelorum z hominum: semper lucens illis ex dei visione. **E**t hoc infimum celum scilicet aer nihil habebat saltem corporee lucis s; tenebre inquit scriptura erant super faciem abyssi. **I**sti duo celi medium z infimum comperatione illius tercię terra sunt: quia terrenis conspiciunt oculis. **I**llud autē quod terrenis non conspiciunt oculis prius q̄ immutentur per gloriam resurrectionis dicitur celum celi. **J**uxta illud dauiticum **P**s. cxij. **C**elum celi domino: terrā dedit filijs hominum. **N**onne ergo iā tūc vsq; in infernum cecidit. **R**euera quāuis non dum in inferiorem missus sit: iaz iste locus infernus est illi respectu latitudinis illius domicilij sui quod dereliquit respectu principatus sui quem non seruauit: z

Primus

sub caligine tenetur vinculis eternis: que admodum iudas apostolus in epistola **Jude. i** sua dicit. **A**ngelos uero qui nō seruauerunt suum principatum sed de reliquerunt suum domicilium in iudiciū dī magni vinculis eternis sub caligine reseruauit. **P**etrus quoq; apostolus idipsum confirmat his uerbis **II. Pe. ij.** **S**i enī deus angelis peccantibus non pepercit: sed ruentibus inferni detractos in tartarum arabit cruciandos in iudicium reseruati

De nomine ipsius quod est dyabolus z isto quid est satanas quibus ex locis scripturarum sint edita primitus z quid grece: quid hebrayce significet hoc ipsum nomen dyabolus: z cur angeli eius demones dicant **Capitulum. xxvij.**

Recte igitur **R**ex eo uocabulum sortitus est: ut uocaretur dyabolus: quod primitus euidit per scripturam **Dauid** loquens in spiritu **Psal. cxviii.** **C**onstitu super eum peccatorem z dyabolus stetit a dextris eius. **D**iyabolus namq; hebrayce deorsum fluens siue clausus ergastulo interpretatur. **P**orro uocabulum de quo iā dictus est sc; satanas quod interpretatur aduersarius cuius propter causam nominis cecidit: z factus est dyabolus antiqui or scriptura libri **Job** primitus euidit **Job. i.** **Q**uidam inquit die cū uenisset filij dei ut assisterent coram domino affuit etiam inter eos satan. **E**x quo superbi re cepit: ex eo satan est scilicet dei aduersarius. z ex quo propter eandem superbiam peccatus cecidit: ex eo dicitur est dyabolus. **T**unc namq; deorsum fluxit z ergastulo clausus est: quia uidelicet in grado chaos cecidit longe a sublimitate dei z q̄ si in ergastulo tenet dū in aere depressus impossibile sentit esse ut rursus ascendat illuc unde cecidit ymmo futurum nō esse ignorat ut adhuc inferius precipitet: trahaturq; inferno inferiori: seq; adhuc in die iudicij reseruati. **N**ec uero loco tantūmodo deorsum fluxit: sed etiā intentione semper deorsus fluit. **S**p̄ enī uilissima queq;

Folium

appetit tam vilis tunc nebulo qm glorio
sus archangelus primum extitit quod p
pendat qui potest: ex eo q in scriptura sa
era spiritus immundus nuncupari p sue
uit. Grece quoq dyabolus id est sonat qd
latine criminator siue accusator: z hic sen
sus veraciter illi congruit p causa dupli
ci. Nam z omne crimen suu refert semp
z ab initio reulit in deum sese iustum: de
um audiens dicere iniustum; z fictis cri
minibus innocentiam accusat electorum
Unde z in apocalipsi angelica voce dici
tur **Capoca. xij.** **D**roicetus est accusa
tor fratru nostroz qui accusabat illos ate
conspicuum dei nostri die ac nocte. Ange
li eius grece demones id est scientes di
cunt. Presciant enim multa futura vno
z solent responsa dicere aliqua. Inest na
q illis cognitio rerum plus q infirmita
ti humane: partim subtiliori sensus acumi
ne: partim experientia vite longissime: p
tim per dei iustum angelica reuelatione.
Hij corpm aereoꝝ natura vigent. **A**ne
transgressionem quidem celestia corpora
gerebant. **L**apsi vero vt iam dictum est
per superbiam in aeream qualitatem co
uersi sunt.

De sanctorum angelorum nouem or
dinibus: z q nec boni angeli nec mali vl
terius resurgere possint.

Capitulum. xxvii

Ad contra bea

Ati illi spiritus qui i creatoris sui
dilectione manserunt z in veri
tate steterunt venerabilibus ordinibus di
stincti z splendidis noibus merito sunt o
corati vt alij vocent z sint angeli: alij ar
changeli: alij troni: alij dominationes: alij
principatus: alij potestates: alij virtutes:
alij cherubin: z alij seraphin. **I**sti nouem
ordines angeloz lapides illi sunt preciosi
Ezech. xxviii. **S**ardius: topalius: iaspis
crisolitus: onix: berillus: saphirus: caruun
culus z smaragdus: quoz vt forania sic
z tua preparata sunt inquit in die q con
ditus es tu cherub extensus z protegens
sed non similiter vt isti: tu quoq in fora
minibus tuis auri ligaturas recepisti imo

r

repulisti manu aurificis siue artificis dei
Qualis auri ligaturas receperunt. **A**ur
est verbum domini: aurum illud est spiri
tus oris domini. **I**llo auro sic sunt ligati
lapides preciosi: lapides igniti: vt in eter
nuz stent i ordinibus suis: z nullus ex eis
vnq excidere possit. **H**oc est quod psal
mus canit. **V**erbo dei celi firmati sunt: z
spiritu oris eius omnis virtus eoz. **I**p
si sunt lapides: ipsi sunt celi. **L**apides pro
pter eternam stabilitatem firmamqz eter
nitatem. **C**eli propter inhabitantem i eis
sanctam trinitatem. **H**ec est iam victoria
verbi dei: quia contra principem maligni
tatis ne cum illo caderent sunt preuenti z
retenti per ipsum verbum per quod z su
erant conditi. **E**t raptor qui illos rapere
nitebat: comprehensus est z ingentes rui
ne penas dedit. **C**ompleuit in his quod
voluit verbum deus verbum quod dixit
deus **Gene. i.** **F**iat lux: z facta e lux:
z eodem verbo suo diuisit deus lucem z
tenebras. **F**irmatum nanqz est iudicium
z data est immutabilitas sententia: z oya
bolus z satanas lucis refuga nunq am
plus lux fiat neqz vllus apostataz ange
lorum eius ad consortium lucis id est san
ctorum angelorum vltra resurgat.

De responsione ad illos qui opinant
q anteq celus z terra fierent: facti fuerit
angeli: z vnde existimentur facti

Capitulum. xxix.

Reuter nre

Respondere libet quorundam
opinion qui opinant q anteq
celum z terra fierent statim fuerint ange
li: z quid aliud respondendum est nisi q
huiusmodi opinio neqz scripture alicui te
stimoniū: neqz vllum rationis habeat fir
mamentū. **N**on eni ita scriptū e **Ge. i.**
In principio creauit deus angelos: s in
principio creauit deus celus z terra: **D**e
inde paucis interpositis terra autem erat
inanis z vacua: z tenebre erant sup facie
abyssi: z spiritus dei ferebat sup aquas.
Tunc demū subiunctū e. **D**ixitqz deus
Fiat lux z facta est lux. **L**uce hac ange
licas esse naturā nonnulli doctoz precipue

b ij

Liber

q̄s pater Augu. sentit eiusq̄ sensui nō so-
lum ratio: verumetiam quod maius ē scri-
pturę voluntas diligenter cōsiderata valde
de p̄sentit. **Q̄** si quis dubitare voluerit di-
cat ipse cum locus extra celum et terram
nullus sit. Angeli qui vtiq̄ locales sunt et
circumscripti quo in loco esse potuerint:
si ante creationē celi et terre fuerant con-
diti. **Q̄** si querit vnde sint facti: qui tam
gloriosi sunt et splendidi responderi vtiun-
q̄ potest: q̄ de aeris substantia facti sint.
Habent enim et a doctoribus tacitum nō
est: eos habere corpa aerea: que tamen in
sanctis angelis feliciter immutata sunt vt
dicant et sint corpa celestia. Porro apo-
state angeli ab illa felicitate lapsi rursus in
aerem qualitatem p̄uersi sunt: nec aeris
illius puriora spacia: s̄ caliginosa ista te-
nere sunt p̄missi: qui eis quasi carcer ē vt
q̄ ad diem iudicij. **N**onnullos forte hoc di-
cto p̄tingit offendi: putantes non p̄uenire
angeloz dignitati: vt de aerea substantia
dicant: vel credant facti: cum tamen su-
mis teneant vt necessarium est veruz cor-
pus christi de terrena substantia sumptū
esse: quod sup̄ omnes angelos et sup̄ om-
nes celos ascendit: et sedet nunc ad dexte-
raz maiestatis in excelsis. **Q**uis autē ne-
sciat terre molem siue substantiā elemen-
to aeris multo grauiorez siue inferiorem
multoq̄ seculentiorē esse. **T**erra nāq̄
ceteroz quedam sex elementoz ē. **Q**uis
rursus nesciat genus humanū d̄ limo ter-
re formatum in resurrectione ad societatem
et equalitatem sanctoroz p̄uentuz esse an-
geloz. **I**amq̄ hoiez ex eadem massa ie-
sum christum: vnā cum verbo in beata
trinitate p̄sonam: sedere et regnare super
omnes choros angeloz. **N**ihil igit̄ putet
beatis angelis derogari: si dicant facti ēē
de aere: dum regem et dominū ipsoz quē
ipsi adorant p̄stet corpus habere de limo
terre. **A**d summū ruinam spiritū apostata-
rum: qua vt iam dictum est de celo in ae-
rē lapsi sunt: eodē mō p̄uincit eos q̄
natare de celo fuerint: s̄ de aere inferiori
deus illuc eos translulerit sicut hominem
p̄pter simile peccatum sententia pene si-
milis: licet multo clementior cōprehendit

Sumus

scriptura dicente **Gen. iij.** **E**misit eū
dominus deus d̄ paradiso voluptatis vt
operet̄ terram de qua sumptus ē. **E**quū
p̄fecto iudicium: vt vterq̄ q̄ gratiaz per-
didit in illud reiceret vnde existendi initium
sumpsit. **H**ic in terram paradiso dete-
riorē. **I**lle in aerem celo inferiorē. **V**e-
rum tamen bis nunc obmissis.

De p̄fecto angeloz q̄ non ita crea-
ti fuerint vt illis continuo nihil deesset to-
tius perfectionis: et quia creator solus est
qui absq̄ p̄fectu perfectus est et semp
fuisse vel esse credendus sit.

Capitulum. xxx.

Hermati ver:
bo domio celi illi: nouemq̄ vt
iam dictum est ordinibus di-
stincti: non parum p̄fecerunt ad cogni-
tionem creatoris sui et eius per quod fa-
cti sunt verbi dei et dilatis cordibus cari-
tate pleni laudauerunt laude incessabili
tremendam fortitudinem eius quam vi-
derant in iudicio et deiectione tanti aduer-
sarij. **N**am p̄fecisse et p̄ficere adhuc
sanctos quoq̄ angelos constat in cogni-
tione creatoris sui: testante apostolo q̄ cuz
p̄mississet uestigabiles esse diuitias cri-
sti et dispensationem sacramenti abscon-
diti a seculis in deo qui omnia creauit sub
iunxit atq̄ ait **Ad Ephe. iij.** **E**t inno-
tescat p̄ncipatibus et potestatibus in ce-
lestibus per ecclesiam multiformis sapiē-
tia dei. **P**er ecclesiam id est per ea que
in ecclesia vel cum ecclesia deus hō factus
egit: sponsus pro sponsa: passus: mor-
tuus et resurgens a mortuis superato p̄-
cipe mortis innotescere dicit p̄ncipatibus
et potestatibus in celestibus multiformis
sapiētiā dei siue dispensationem sacra-
menti absconditi a seculis in deo qui oia
creauit. videlicet ita vt admirātes in visu
tante potentie dicant. **Q**uis ē iste rex glo-
rie: quis est iste rex glorie: sed de hoc nūc
aliquis illud dicendum erat: q̄ non vt nō
nulli putant: tales creati sunt āgeli: vt cre-
atis illis continuo nihil deesset totius per-
fectionis: quia p̄fecto solus creator est.
qui absq̄ p̄fectu perfectus semp fuisse

Folium

vel esse credendus sit. Alioquin si ab initio creationis perfecti fuerunt angeli: Et nihil defuit eis multos consiliarios in ceteris operibus suis deus habere potuit. Dicit autem scriptura prophetica. Quis audiuit spiritum domini: aut quis consiliarius eius fuit: et ostendit illi. Apostolus quoque ait **Ro. xj.** Quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Nimirum sicut idem profertur quonia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: solus creator scilicet et fecit omnia. Angeli autem ubi ab ipso creati sunt ceteris operibus spectatum admissi qui bono et simplici oculo viderunt et non inuiderunt: sed laudauerunt sapientiam tantum artificis: ad eius amicitiam digne sunt prouecti qui vero nequam habentes: oculos inuiderunt: et oderunt: iuste repulsi longaque sunt remoti.

M sancti angeli materiam laudis habentes fortitudines dei in ipsa deiectione dyaboli et tunc magis eterno amore affecti: quia ne caderent et ipsi verbo dei et ipsi oris eius sunt firmati a laude sancte trinitatis tacere non possunt.

Capitulum xxxj.

Sublato igitur et terribiliter disturbato satana siue dyabolo cum angelis eius continuo profectus hunc sancti angeli habuerunt ut nouam diuine laudis habentes materiam: nouum inciperent canere canticum: fortitudinem namque creatoris in magne creature deiectione viderant gratiam: et misericordiam creatoris eiusdem in semetipsis agnouerant: qua se se ne et ipsi corruerent preuentos fuisse non ignorant. Eiusdem quippe conditionis cum essent: suam in perditione illorum salutem referuatam statumque retentum non leuiter appendere potuerunt aut possunt: laxata sunt foramina lapidum preciosorum: laxata et dilatata sunt plus que in semetipsis auri receperunt: grossiores atque fortiores insolubilis auri ligaturas admiserunt. et ad creatorem suum eterno amore astricti sunt. Ex eo laudantes atque iubilantes ta-

xi

cere non possunt: sanctam trinitatem glorificantes: silentium non habent: nec habebunt in sempiternum: vere ergo beati quia verbo domini sic firmati sunt: et spiritu oris eius sic firmata est omnis virtus eorum ut nullius unquam instabilitatis time-re possint euentum. Hec est victoria ubi dei demonia in spiritu sancto iam tunc de celo eiecimus quia sicut in ipso propositum fuerat ita factum est dum isti intellectuales celi eius in ipso sunt firmati et in spiritu oris dei.

Incipit liber secundus

De eo quod dicit dominus ad prophetam Ezechiel. Fili hominis: leua plancum super regem tyri.

Capitulum primum

Posterea dum

laudantium atque iubilantium pro victoria verbi dei angelorum mens humana contemplari nititur gaudium et exultationem ecce audium facit: non leuiter attendendum verbum ipsum factum ad prophetam: et dicens

Eze. xxviii. Fili hominis leua plancum super regem tyri: et dices ei. Hec dicit dominus deus. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in ditionibus paradisi dei fuisti et magna et mira verbi domini disciplina cuius preceptum est ut tamen aduersarij ruinam irreuerabilem plangat propheta. Num et in celo beatis spiritibus illis exultantibus pro ipsius verbi victoria plancum super eiusmodi creaturam leuare iubebat: pro eo quod in illa fuisset inuenta iniquitas et quod perdidisset eam verbum ipsum perditione sempiterna. Nescit homo viuens quid laudantes et iubilantes dicant angeli: et si quis audiuit quicquam ex eorum dictis non annunciauit hominibus totum quod audiuit: quia dicta illorum archana sunt et non licet ea homini loqui **1j. Corinth. xij.**

Veruntamen postquam incarnati ad ipsum